

Нет автора

**Чтения в Обществе истории и древностей
российских при Московском университете**

1884. Книга 3

УДК 304
ББК 60.5
Н57

Н57 **Нет автора**
Чтения в Обществе истории и древностей российских при Московском университете: 1884. Книга 3 / Нет автора – М.:
Книга по Требованию, 2021. – 463 с.

ISBN 978-5-4241-7851-1

ISBN 978-5-4241-7851-1

© Издание на русском языке, оформление
«YOYO Media», 2021
© Издание на русском языке, оцифровка,
«Книга по Требованию», 2021

Эта книга является репринтом оригинала, который мы создали специально для Вас, используя запатентованные технологии производства репринтных книг и печати по требованию.

Сначала мы отсканировали каждую страницу оригинала этой редкой книги на профессиональном оборудовании. Затем с помощью специально разработанных программ мы произвели очистку изображения от пятен, клякс, перегибов и попытались отбелить и выровнять каждую страницу книги. К сожалению, некоторые страницы нельзя вернуть в изначальное состояние, и если их было трудно читать в оригинале, то даже при цифровой реставрации их невозможно улучшить.

Разумеется, автоматизированная программная обработка репринтных книг – не самое лучшее решение для восстановления текста в его первоизданном виде, однако, наша цель – вернуть читателю точную копию книги, которой может быть несколько веков.

Поэтому мы предупреждаем о возможных погрешностях восстановленного репринтного издания. В издании могут отсутствовать одна или несколько страниц текста, могут встретиться невыводимые пятна и кляксы, надписи на полях или подчеркивания в тексте, нечитаемые фрагменты текста или загибы страниц. Покупать или не покупать подобные издания – решать Вам, мы же делаем все возможное, чтобы редкие и ценные книги, еще недавно утраченные и несправедливо забытые, вновь стали доступными для всех читателей.

STANFORD UNIVERSITY
LIBRARIES
STACKS
OCT 11 1968

MADE

STANFORD UNIVERSITY
LIBRARIES
STACKS
OCT 11 1968

11
1968

1.

МАТЕРІАЛЫ ІСТОРИЧЕСКІЕ.

IX—XIV.

ГРАМОТЫ САКСОНСКИХЪ ГОСУДАРЕЙ КЪ МОСКОВСКИМЪ,

КАСАЮЩАЯСЯ СВОБОДЫ ВЪРЫ ЖИВШИХЪ ВЪ РОССИИ ЛЮТЕРАНЪ.

1662 — 1683 ГОДЫ.

IX.

ГРАМОТА САКСОНСКАГО КУРФЮРСТА ЮАННА—ГЕОРГА II ЦАРЮ АЛЕКСВЮ МИХАЙЛОВИЧУ, ПРИСЛАНАЯ СЪ ПАСТРОМЪ ГРЕГОРИ,

ИЗЪ ДРЕЗДЕНА, ОТЪ 16 АПРѢЛЯ 1662 ГОДА.

Serenissimo et Potentissimo Principi, Domino Alexei Michaelowitz, Czar et Magno Duci omnium Ruthenorum Autocratori, Moscoviae, Kioviae, Wladimeriae, Novogardiae, Czar Cassanensi, Czar Astracanenensi, Czar Syberienensi, Domino Ploscoviae, Magno Duci Lithuaniae, Smolensky, Zweriae, Podolliae, Jugeriae, Permiae, Wiadkiae, Bolgariae, et aliarum Ditionum Domino, et Magno Duci Novogardiae inferioris, Zeringoviae, Rosaniae, Polocky, Rostoviae, Jaroslaviae, Beloseriae, Udoriae, Obdoriae, Condiniae, totius Regionis Syberienensis, regnanti Domino Juerlandiae, Carthalinae, Igrusinae (sic), Czar Kabardinicae terrae, Zerkassiae et Joriae Principi et multarum aliarum Provinciarum Czar, Domino et Regnatori; Domino et Amico nostro percharo. Dei gratiâ, Nos, Iohannes Georgius Secundus, Saxoniae, Juliae, Cliviae et Montium Dux, Sacri Romani Imperij Archimarescal-

lus et Elector, Landgravius Thuringiae, Marchio Misniae, nec non superioris ac inferioris Lusatiae, Burggravius Magdeburgensis, Comes Marchiae et Ravensbergae, Dominus in Ravenstein, Salutem dicimus et operam nostram in omni officiorum genere paratissimam offerimus. Serenissime Czar et Magne Dux Domine et Amice perchare. Relatum ad nos est de singulari Serenitatis V-rae erga Nationis Germanicae atque imprimis Fidei nostrae Christianae Augustanae Confessionis Domesticos benignitate, et quam gratiosâ indulgentiâ sacris nostris (prout illa in Ecclesia nostra, Dei omnipotentis ope ad praescriptum Verbi Divini rite fieri consuevere) in Ditionibus Imperij Sui publicum permittat exercitium et domicilium illud quidem atque alia praecipue ex Ditione nostra oriundus collectae isthic Ecclesiae nostratis vocatus nuper atque factâ hinc Nobis de vocatione sua fide, in Electorali nostra Dresda rite ordinatus Pastor M. Iohannes Gottfried Gregorij, summa laude celebravit. Quae res sane uti glorioso Serenitatis V-rae sceptro atque regimine dignissima, ita quoque non minus Deo grata esse potest, quam nobis intellectu jucunda extitit. Freti igitur mutua illa quam Majores nostri cum Praedecessoribus vestris constanter coluerunt benevolentiam motique peculiari erga illos, qui sub Imperio vestro agentes eandem nobiscum veritatis Evangelicae doctrinam profitentur affectu non dubitavimus pristina humanitatis studia memoriâ repetere; Vestramque Serenitatem de bona nostra in se, eaque Ablegatis ejus paucis abhinc annis hâc transeuntibus comprobata, voluntate confidenter edocere. Eandem peramanter rogantes, ut pari erga nos animo perseveret, et quae expraesatae Fidei nostrae Christianae addictis isthic locorum colligitur, communioni liberum Religionis et Sacrorum exercitium publicum Domiciliumque in Dominatibus à Deo sibi concessis amplissimis libenter porro concedat, eosque veluti fideles Ecclesiae Christianae et Reipublicae Vestrae Cives obsequentes omni ope, gratiâ et favore prosequatur. Et si quas in Religionis negotio ad Serenitatem V-ram pro rerum exigentia instituent supplicationes, nostrâ causâ benigne semper exaudiat. Quod ipsò non solum Sacro-Sanctae Trinitatis honor et gloria per universos Imperij vestri fines magis magisque amplificabitur: verum etiam habitura est Serenitas V-ra Divini Numinis cultores, qui pro Ejusdem quoque vita incolumitate et Dominij florentissimi incremento apud Deum vota publice nuncupabunt. Nostra autem in Serenitatem V-ram studia atque officia, pro oblata nobis occasione vicissim constabunt omni tempore paratissima. Cui interim prosperos rerum successus animus precamur. Dahatur in Electorali nostra Dresda, die 16 Aprilis,

nno Domini Nostri Iesu Christi millesimo, Sexcentesimo, Sexagesimo secundo.

Seren-tis V-rae

Dei gratiâ Nos, Iohannes Georgius Secundus, Saxoniae, Juliae, Cliviae et Montium Dux, Sacri Romani Imperij Archimarescallus et Elector, Landgravius Thuringiae, Marchio Misniae, nec non superioris ac inferioris Lusatiae, Burggravius Magdeburgensis, Comes Marchiae, et Ravensbergae, Dominus in Ravenstein

promptissimus Amicus

Iohannes Georgius Elector.

Русскій переводъ этой грамоты, сдѣланный въ Посольскомъ приказѣ въ концѣ октября того же 1662 года, имѣется въ Архивѣ въ двухъ экземплярахъ; но онъ до того спутанъ, лишенъ смысла и негражденъ, что считавемъ лишнимъ помѣщать его здѣсь.

X.

ГРАМОТА САКСОНСКАГО ГЕРЦОГА ХРИСТИАНА

КЪ ЦАРЮ АЛЕКСЬЮ МИХАЙЛОВИЧУ, ПРИСЛАННАЯ СЪ ПАСТРОМЪ ГРЕГОРИ,

изъ Маргсбурга, отъ 23 мая 1662 года.

1.

Serenissimo et Potentissimo Principi, Domino Alexei Michaelowitz, Czar et Magno Duci omnium Ruthenorum Autocratori, Moscoviae, Kioviae, Wladimeriae, Novogardiae, Czar Cassanensi, Czar Astracanen-
nensi, Czar Syberien-
si, Domino Ploscoviae, Magno Duci Lithuaniae, Smolenskae, Zweriae, Podolliae, Jugeriae, Permae, Wiadkiae, Bolgariae, et aliarum Ditionum Domino et Magno Duci Novogardiae inferioris, Zeringoviae, Rosaniae, Polocky, Rostoviae, Jaroslaviae, Belosariae, Udoriae, Obdoriae, Condiniae, totius Regionis Syberiensis, regnanti Domino Juerlandiae, Carthalinae, Igrusinae, Czar Kabardinicae ertrae, Zerkassiae et Joriae Principi et multarum aliarum Provinciarum Czar, Domino et Regnatori, Domino et Amico nostro plurimum dilecto, Dei gratia Nos Christianus, Saxoniae, Juliae, Cliviae et Montium Dux, Postulatus Administrator Episcopatus Martisburgensis, Landgravius Thuringiae, Marchio Misniae, nec non superioris ac inferioris Lusatae, Comes Marchiae et Ravensbergae, Dominus in Ravenstein, Salutem dicimus et quicquid honoris, amoris et officiorum a nobis proficisci poterit, quovis loco et tempore offerimus paratissimum. Serenissime Czar et Magne Dux, Domine et Amice plurimum dilecte. Non solum pernecitate volantis famae hactenus per aliquot annos ad aures nostras allatum fuit, quatenus Serenitas V-ra summo amore, gratia ac benevolentia Nationem Germanicam, quae in Moscoviae nobiscum ex praescripto Sacrae Scripturae secundum tenorem Augustanae

Confessionis pari religionis cultu gaudet, soleat amplecti; verum id ante paucos dies nobis quoque M. Iohann Cottfrid Gregorij Martisburgensis, studio pietatis, singularis doctrinae, aliisque bonae mentis notis egregie nobis commendatus, et a praedicto caetu Augustanae Confessionis in Moscoviam vocatus ac designatus Pastor praesens, oretenus exposuit.....

.....Seren-tis V-rae in se et iam memoratam Nationem Germanicam.....
 famam nequidem medietatem benefactorum Seren-tis V-rae nobis attulisse fateri cogamur. Quod ipsum sicuti procul dubio Deo Omnipotenti tanquam primigenio omnis bonitatis fonti gratissimum, V-rae Seren-tis celeberrimo nomini honorificum et gloriosum, ita nobis omninò fuit auditu jucundum, ut vix dici possit, quam gratissima voluptate et laetitia nobiscum omnium bonorum mentes fuerint perfusae. Proinde nos in memoriam revocantes et dulci recordatione ex Annalibus recolentes suavem illam animorum conjunctionem, quam Seren-tis V-rae Praedecessores, Magni Duces Moscoviae, quondam cum Majoribus nostris Electoribus et Ducibus Saxoniae, ut et Affinibus nostris Holsatae Ducibus, coluerunt et data occasione renovandam duxerunt; praeterea ingenti desiderio ducti ultteriores benevolentiae rivulos a V-ra Seren-te in praedictam Nationem Germanicam fidei nostrae consortem derivare, praesentibus literis V-ram Seren-tem adire, et pristini in Domum Electoralem et Ducalem Saxoniam et Holsaticam exhibiti gratiosi affectus proclivem in animum revocare voluimus, observanter et perquam officiose rogantes, ut Seren-tas V-ra ea, qua hactenus summa cum laude supradictam Nationem Germanicam in sinum Gratiae suae recepit et nunquam satis deprecanda bonitate clementissime fovit, eam porro sibi commendatam habere, et imprimis supradictum M. Iohann Gottfrid Gregorij in nostra Residentia Civitate Martisburgi natum, qui amore Verbi Divini sponte exul factus se ipsum exinaniens, patriam, domum paternam, Cognatos et Consanguineos lubens relinquit, et vitam suam per immensa itinera multis periculis exponit, non aliò fine, quam ut vocationi Divinae obsequatur et fidem, quam de suo reditu dedit, salvam et illibatam conservet, speciali dilectione ab omni injuria defendere velit. Quibus nostris petitis, si V-ra Seren-tas benigno vultu annuendum existimaverit, non solum totam Nationem Germanicam, omnesque Augustanae Confessionis assec-tas in Moscovia degentes novis beneficiorum vinculis sibi devinciet,

¹ Точка означаетъ вставленія мѣста подлинника.

ut fidelitate, obsequio et subjectione indigenas Serenitatis V-rae subditos imitentur et una cum suo Pastore p[ro]b[is] V-rae Serenitatis salute felicisque Regimine ad Divinam Majestatem indesinenter effundant preces, sed etiam nosmet ipsi eos, quos V-ra Serenitas in supradictam Nationem Germanicam ejusve Pastorem beneficentiae suae effundet thesauros, non aliter interpretabimur ac si in Nos ipsos effusi fuissent, nullamque occasionem haec omnia reciproco amoris et observantiae cultu demerendi e manibus dimitemus. Interea Deum Optimum Maximum sinceris votis oramus et obtestamur, ut V-ram Serenitatem in florenti omni felicitate et gloria quam diutissime rebus humanis interesse patiat[ur]. Dabantur Martisburgi, die 23 Maij Anno Domini Nostri Jesu Christi Millesimo, Sexcentesimo, Sexagesimo Secundo.

Serenitatis V-rae

Dei gratia Nos Christianus, Saxoniae, Juliae, Cliviae, et Montium Dux, Postulatus Administrator Episcopatus Martisburgensis, Landgravius Thuringiae, Marchio Misniae, nec non superioris ac inferioris Lusatiae, Comes Marchiae et Ravensbergae, Dominus in Ravenstein

ad officia paratissimus

Christianus Dux Saxoniae.

На оборотѣ ея означено: 10-го октября въ ка день листъ саксонскаго курюрштрава брата Христіануса, дуки саксонскаго, переводилъ Степанъ Щирецкой; оиесень съ Верху того жъ числа.

2.

ПЕРЕВОДЪ ЭТОЙ ГРАМОТЫ, СДѢЛАННЫЙ ПОСОЛЬСКАГО ПРИКАЗА ПЕРЕВОДЧИКОМЪ СТЕПАНОМЪ ЩИРЕЦКИМЪ 24 ОКТЯБРЯ ТОГО ЖЕ 1662 ГОДА.

Пресвѣтлѣйшему и велеможнѣйшему князю государю Алексѣю Михайловичу, царю и великому князю всѣхъ Рускихъ самодержцу (*полный титулъ*) и пріятелю нашему велики любителному, Божіею милостию, мы, Христіанусъ, саксонскій, юлискій, кливискій и горный князь, прошеный администраторъ епископіи Мартисбургенской, лангъ-графъ туринскій, мархіо майсенской, также Выш-